Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Ystoria Troiana - Cod. Aug. pap. 37

Guido <de Columnis>

[Reichenau], [14. Jahrh.]

Liber XXIII

urn:nbn:de:bsz:31-73096

maiores conuenti ad colloquium accesserunt. Quibus Agamenon inter eos sic dixit. Amici fratres hucusque gessi Regis nostri sarcinam sub cuius pondere satis laboriose multiplicatis insudaui omnes salubres uias mente solicita perquirendo per quas tam maiores quam ceteri sub mei cura regiminis ducerentur. Sed factum est permissione deorum quod sub mee gubernacionis cura prosperos felices successus ad portum salubris statum firmius feliciter iam deduxi. Sed cum equum sit ut unius uniuersitas non debeat uni tantum incumbere set equa distribucione ceteros de uniuersitate grauare quod inuicem onerus partem subeant quod alii sub onere non succumbant. Cum iam tempus sit ne ab ipsius Regiminis onere releuare quod super humeros meos tot annis incubuit inconcusse congruum est ut aliquem de Regibus et principibus eligatis qui per debitas uicissitudines distribucione facta salubriter regat et sua discrecione gubernet. Agamenone igitur colloquio fine facto placuit omnibus uniuersis cum bonum sit uicarii uale frequenter de nouo domino gratulari et de noua mutacione gaudere ut eorum eligeretur alius gubernator et ideo electionis celebrato scrutinio. Palamidem eorum elegerunt in ducem regendi totius exercitus sibi potestate concessa. Inde est quod colloquio dissoluto uniuersi se ad eorum tentoria deduxerunt. Quod postquam Achilli de Agamenonis mutacione et subrogacione Palamidis perstiterunt in-

[margin:] Colloquium generale Agamenonis.

[margin:] Nota de sede imperiali noui domini.

notuit ualde sibi displicuit quinto anno inter astantes asseruit quod Agamenonis non fuit necessaria neque bona mutacio cum nec ei sit filius nec par in discrecione regis subrogatus cum mutaciones semper fieri habent ad comoda meliora. Sed quod prius fuerat electio celebrata omnis tunc in con.

Liber XXIII In quo agitur de bello VIII de strenuitate Regis Priami et Achillis intercepto amore Polixene.

Tribus igitur mensibus datis ad treuguam cum integritate decursis. Rex Priamus cupiens filii sui mortem in Achillem uindicare per se de persona sua omnes acies ordinauit et constitutis ductoribus super eis ipse personaliter constituit bellum inire electis XX milibus militum in sue cuneo aciei et ut scriptum datur Centum quinquaginta milia equitum eo die extra Troianorum fuit egressa. Egreditur primo Deyphebus deinde Troylus deinde Paris deinde Rex Priamus. Subsequenter Eneas deinde Rex Oxenon deinde Polidamas qui usque ad Grecorum tentoria cum celeritate festinat. Palamides uero iam suas acies ordinauerat que contra Troianos ueniunt in concursum belli letale committitur ex quo deficiencium maxima sequitur multitudo. Rex autem Priamus in Palamidem irruit ipsum uolens prosternere quo prostracto dimisso timbrice se ingerit inter Grecos multos ex Grecis interficiat. multos

[margin:] CL milia militum extra troianorum.

[margin:] Prelium fuit in XXIIII isto inter [illegible] affeccionem regis Priami uindicare letis necem sui filii [illegible] inter cum Palamide ipsum uolens deiecit ab equo

vulnerati compescuntur. Multa fecit illa die
Rex Priamus de persona sua que quasi incredi
bilia facta sunt ut sub tam senilis etatis po
tuisset talia bellicose sic viriliter commisisse.
De plebibus vero grecos deperimit incessanter.
Inter hec ex parte Troianorum Rex Sarpedon
bellum ingreditur qui in Neptolonium quendam
grecorum fortissimum irruit animose. Sed Nepto
lonius in equi sui cursu Regem excepit Sar
pedonem et in robusto sue lancee percussum
illum ab equo mittit. Rex igitur Sarpedon per
stratus a terra violenter exurgit quia pedes
erat in Neptolonium irruit ense nudo
ipsum potenter percutit ense suo circa femur
ipsius cui letale vulnus infligit. Tunc rex Philis
cum sua acie bellum intrat et Regem Sarpedo
nem equum fecit ascendere in aliorum auxilio
Troianorum in quem dux Athenarum Menelaus
in multitudine pugnancium violenter irruit
quia aciebus eorum circumquaque diffusis in medio eorum
Troianos includunt. Regem Philis tunc greci
interficiunt qui multitudine debellancium Troiani
retrocedere compelluntur. In defensionem quorum
Rex Sarpedon multa in sua bellicosa virtute
commisit. Ad hec autem Rex Priamus cum filiis
suis naturalibus qui ubique secuntur eundem in tuitio
se succurrendo Troianis in grecos furibundus
accellerat eos viriliter opprimit qui multa strage
confundit nullus itaque fuit ex parte Tro

Neptolonius grecus fortissimus prosternit ab equo Regem Sarpedonem.

occiditur Rex Philis agrestis.

Nota mirabilis probitate Regis Priami

ianorum tam strenuus eo die qui tanta in armorum
ictibus commisisset quantum Rex Priamus solus
ipse commisit, cui dolor et ira vires undique sub
ministrat. Sed greci consilio inito in eius locum unde
Troiani poterant redditum ad eorum civitatem
habere in multa militum glomeracione conveniunt.
locum ipsum a troianis obmissum occupaverunt. ad
quem Troiani retrocedentes accedere compelluntur.
in multitudine pugnancium locum ipsius transitum
obsessum inveniunt in durissimum periculum est
commissum. Et nisi fuisset Rex Priamus qui ex
superiori parte ad locum ipsum accessit in pugnancium
multitudine gloriosa in mortales degentes sua
tunc crudeliter amisissent. Paris vero veniens ex
transverso in multa copia gentis nimium bellicose
in grecos se ingerit cum eadem in arcubus et sagittis
letali grecos perimit vulnerant quia sepissime mor
ti tradunt sic quod greci sustinere non valentes ictus
letiferos sagittarum. Ex quibus iam multi deficere
rant retrocedentes ad eorum tentoria reddire
festinant quos dum troiani inspiciunt redeuntes
eos insequi nullatenus sunt conati. Sed eorum civi
tatem lentis passibus intraverunt. propter quod eo die
sic plurimum fuit commissum. Laude tocius ipsius belli
dici Regi Priamo totaliter attributa. Sed illu
cescente mane. Troiani mittunt ad grecos
inducias postulant. Treugua petita et po
stulata inducie conceduntur a grecis. Quarum
induciarum tempus in libro non invenitur expressum.

postulant treugue a troianis a grecis conceduntur a lapsu(?)

Inter has indutias. Corpus Regis philis(?) in
Ciuitate troie flebiliter fuit deductum luctu
fit inde maximum inter Ciues et maxime a pria
mo qui Regem predictum dilexerat integro sin
ceritatis affectu. Sed postea demum ordinatum
est quod corpus Regis ipsius per priamum in regnum
paflagonie fuit traductum ut Rex ipse sepeliretur
ibidem ubi Reges ancessores eius consueuerant
honore Regio sepeliri ad uotum suorum presertim
filiorum qui superstites erant eidem. Durante autem
ipsius treugue concessis induciis iam tempus
aduenerat in quo in ciuitate Troie debebat
defuncti hectoris anniuersarium celebrari. Ubi
troiani constituerunt fieri solempniter xv. dies
luctuosos et post eos dies celebranda quedam
festa funeralia statuerunt ut tunc regum
et maiorum nobilium mos erat. Inter has igitur
indutias secure greci Ciuitatem intrabant et
Troiani secure conferebant se grecorum ad castra.
Tunc Achillem quedam inconsultus impetus appetit
in troiam uelle adire uisurus uidelicet sol
lempnitatem anniuersarii supradicti. Inhermis igitur
ad Ciuitatem se contulit et Appollinis templum
intrauit ubi corpus hectoris collocatum
extiterat ut est superius relatum. Ibi enim multitudo
uirorum et nobilium mulierum anxios gemitus
cum hectoris corpore protrahebat. Erat enim
tabernaculum hectoris ex omni parte uulgatum
sic quod a parte qualibet in eo uolentium pu(eus) pate-

bat aspectus. Erat equidem effigies hectoris
in ea qualitate in qua fuit eius primum in sede
solii extitit collocatum. Ad hec itaque aroma
tum et liquor balsami totum corpus hectoris
firmauerat in mutatum. Coram eo eodem corpore
ante pedes ipsius erat Regina hecuba et formo
sa eius filia pollisena in multitudine mulierum
nobilium constituta que sparsis per eorum pec
tora et terga capillis flebiles gemitus in
multa cordis amaritudine ab ymis pectoribus
producebat. Nunquid igitur pollixena in tantis
angustiarum anxietatibus sue intuitum pul
critudinis fracta. Nunquid color suarum iocundus
maxillarum qui rosarum rubedine colorabat
genas suas propter sui doloris angustias
a sui uigoris tumida claritate fuerat
exanstus aut natiuus eius color roseus
labiorum ablatus uel forte lacrime fluuiales
ab eius oculis decurrentes splendorem suorum obfu
scabant oculorum. Sane si recte uidebatur
ut eius defluentes lacrime per maxillas instar
illud proprie uiderentur habere uelud si quis tabu
lam recentis eboris in suo lacteo candore
nitentem exiguis aque lineis conspersam
desuper intueretur. sic eius aurea et flaua ce
saries in multis dispersa capillis auri similitudi
nem preferebat ut qui non uiderent esse ca
pillos sed contexta pocius fila auri. quos dum
pollixena manibus addidit stupendum infingeret

manib; tingi no videbat bucamis sz nimia
efusione lacris aspgi. Achilles igr ut polli
xena ispexit q ei est pulcritudie; oteplat
vere suo cepit i aio nuqs se vidisse puel
lam nec aliqua alia; mulieri tante pul
critudis fore ingenio. ut i eius psona ouenerit
ista duo tam gliosa nobilitas q excel
lentis copie pulcritudo ut du desiderabili
aio in eam Achilles sum defixisset i tunc

Capitulum Achilles amore Pollixene dum videt eam i troia i anniversario hectoris.

Sagitta cupidinis forte Achilles subito
vulneratur. q ad intiora ptransies cordis
ei ipm mito amoris obsessum bacha
cogit. qui du mea; frequenti intuendo
sibi ipi placere putaret. q leniter graue desi
deriu cordis sui maioris sissime vul
neris se ipm sibi reddebat auctore. Cu
du Pollixene pulcritudiem notat q ocup
destinat ipse sua. que ex suo mito amoris
desiderio subitu labitur in langore. Cu
ultra amore Pollixene nimiu illaqat
Achilles nesciat ipse qd faciat oib; aliis
curis exutus q sola illa sup est sibi cura.
Pollixena tu intuen du pot pp qd di
latat amplius plagas suas q sui amoris
vulnera magis sui cordis attinxit ipro
fundu. ver; cu iam dies declinaret ad
vespas q Regina hecuba cu ei filia pol
lixena a teplo discederent lacrimis sine
fine. Achilles du potuit oculis; est ipa;

assectib; in secutus qui fuerunt ei q pncipiu
sui mali. Stupefcs igr q multi desiderii langore
fessus i paces ad hospiciu suu declinat strati
petit i ipo se psternat q eo i multa curarz agg
gracoib; i volutus ei aius excecabat intus
sentit q incipit q Pollixene amor i mensus e
ei efficaes sui langoris. Tunc tacito murmure
intus se hec uba colloquitur. Ve m q me que vm
fortissimi q robusti vincere minime potuer

Nota verba amatoris bona.

nec q ille fortissim hector qui fortissim omes
excessit vni fragilis devicat q psternit in
tuitus et si ea est ei efficaes mali mei cuius
sapientis medica possum sperare medela; cu
ipa sit q sola m pot ee medic q medela
qua nec proces mee me multa; frita facultas
tu nec mea; virtu fortitudo nec mea gliosa
nobilitas mo e poterit ad lubricu pieta

Dilectio Achillis in psonam sue dilectissime Pollixene gr rones

tis. Quis ei furor sic meu aiu; occupa
uit ut illa; diliga q affecte q me ht odio
capitali cu ego i regnu suu advenerim
ea; suis orbare parentib; q ia; orbaui
inclito fre suo. Qua igr fronte ipam ut
amantes ceti alloque potero ad motu flebilis
nobilitatis cu ipa i nobilitate i dunciay
potencia me penitus ancellat. q tanto vigore
pulcritudis vigeat sup alias q oia ei aiu;
in electione ofuant. Sane ois m ma videtur
ee pclusa q eo oia ei aiu; i electione ofuant.
p q iuam m pude valleu in salute. Et

conuersus ad parietem fundit totus fontes in la
crimis ne aliquis percipiat suos dolores, et demum
suas lacrimas astringendo ea in suspiria crebra
commutat et sic deliberacione multa correptus ta
citus in mente sua vias plures exquirit quibus
ad sue salutis possit beneficium peruenire. A
strato igitur surgit et suis famulis aqua pe
tita faciem suam lauat et suarum signa la
crimarum astringit. Liber .xxiiij. in quo
agitur de tractatu quem habuit Achilles
cum Hecuba de accipienda Pollixena in
uxorem. R.

Aduemente igitur nocte diei ipsius cum
adhuc treugua duraret. Achilles
suo iacens in lecto totam noctem pertransit insomp
nem cogitans qualiter ad Hecubam suum dirigat
nuncium in secreto tractaturum cum ea ut si eius
filiam Pollixenam uellet sibi concedere iugalis
federe matrimonii collocandam, quod eam sibi
tribuat in uxorem, ipse faciet et curabit
quod totus grecorum exercitus a Troie ciuitatis
obsidione discedet. et sine Troyanorum le
sione in graciam reuertetur omni scandalo
quieto absque alicuius condicionis euentu. Cr-
ipius mane aurora surgente quendam suum
secretarium et sibi ualde dilectum uelociter ad
se uocat cui patefactis sui cordis archanis
et iniuncto sibi de eorum tractatu occultacione fidei
firmiter mandat illi ut ad Reginam Hecubam

se dirigat in secreto cum dati sibi forma man
dati. Qui statim iussum domini sui fideliter ob
seruandus se prius accinxit adire et ad reginam
Hecubam ueniens in secreto legacionem sui
domini fideliter pandit illi. Regina uero Hec
cuba que multa discrecione uigebat uerbis
ipsius nuncii placido animo intellectis licet
multa suspiria pectore resoluisset, nuncio
sic ad eius uerba respondit. Amice ad dominum
tuum redeas et illi ex mei parte secure pro
mittas quod quantum in me est leto animo sum
parata quod uotum eius impleatur sicut res ipsa finem
debitum consequatur necesse est me uoluntatem
Regis priami uiri mei et filii mei Paridis
explorare de quorum cum fuero certa responsi
sis die tercia ad me reddite auribus re
sponsum a me ut fieri poterit recepturus.
Auditis ergo uerbis Hecube reddit nuncius
ad Achillem et nuncii sui audito responso
in suis doloribus inspiratur. Achilles dum
uerborum spes exhilarauit animum et sub ipsius spei
fiducia quodammodo requieuit. Regina uero
Hecuba Regis et Paridis habilitate
captata in secreto refferet illis uerba
que sibi Achilles per nuncium suum misit.
Quibus auditis Rex priamus per magnam
horam inclinato capite nichil dixit. Di
uersimode cogitando super uerbis eisdem.
Demum Regine Hecube sic respondit.